

A paranesim inserit ad eas qui Deum diligunt, monens vt malum odio prosequantur. 4. Quarta, duobus pofremis versib. 11. & 12. iustos & rectos corde, ad letitiam & laudem Dei vocat.



DOMINVS regnat, exultet terra: latentur insule multae.
 2. Nubes & caligo circa ipsum: iustitia & iudicium habitatio sedis eius.
 3. Ignis ante ipsum praecessit: & incendit circumquaq; inimicos eius.
 4. Illuxerunt fulgura eius Orbi: vidit & expauit terra.
 5. Montes sicut cera diffluxerunt a facie Domini: a facie dominatoris vniuersa terra.
 6. Indicarunt caeli iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.
 7. Confundantur omnes qui colunt idola, qui gloriantur in simulachris: incuruentur illi omnes dij.
 8. Audiuit & letata est Ziyon, & exultant filiae Iudae, propter iudicia tua Domine.
 9. Quoniam tu Domine excelsus super omnem terram, plurimum exaltatus es super omnes deos.
 10. Qui diligitis Dominum, odio habete malum: qui custodit animas sanctorum suorum, de manu impiorum eripiet eos.
 11. Lux sata est iusto, & rectis corde letitia.
 12. Latamini iusti in Domino, & laudate ad memoriam sanctitatis eius.

VERS. 1.

Habitatio sedis eius. Ebr. כבוד בסתר Graecus: κατορθωσις το θρονου αυτου. Vulgata Lat Corectio sedis eius. LECTIO.

Hieron. legit: Firmamentum: solij eius. Ignis ante ipsum praecessit. Et Graecus & Latinus interpres in futuro legunt: Praecedet & inflammabit: sicut & Hieron. & Sanctes Pagninus. Vers. 2. Vers. 3.

A facie dominatoris vniuersa terra. Ebr. על פני ארון כל הארץ. quae verba possunt reddi: vel, A facie Domini omnis terra: sicut vulg Lat. vel, A facie Domini omnis terra: sicut Graecus interpres legit. Illud, ad discriminandum inter haec voces ארון & ארון, cum Hieronymo reddidit, Dominatoris. Vers. 5.

Qui colunt idola. Et Graecus & Latinus legunt: Qui adorant sculptilia. Ebr. habet עובדי פסל: id est, seruientes sculptili. Sic legit & Hieron. Qui seruiunt sculptili. Vers. 7.

Qui gloriantur in simulachris. Graecus & Latinus addunt, Sui. Incuruentur illi omnes dij. Et Graec. & vulg. Lat. ordiuntur hic versum octatum, & legunt: Adorate eum omnes angeli eius. Ebr. est השתחוה לך כל אלהים. Hieron. Et adorate eum omnes dij. Arabs cum Graeco & Lat. legit: Angeli eius. Chald paraphr. sic habet: ירעגרוך קדמיי כל עמיה בלחי סעוהא: id est, Et adorabunt coram eo omnes populi, qui seruiuerant eidolis. Vers. 11.

Lux sata est. Ebr. אורורה. Graec. φως ἀπὸ τρυφης. Lux orta est: sicut & vulg. Lat. & Hieron. legunt. Sanctes Pagn. nobiscum legit: Lux sata est. Felix: Lux seminata est. Chald. בחירי דגחומיטמר לצדיקיה: id est, Lux quiescit & conseruatur iustis. Vers. 11.

Et laudate ad memoriam. Ebr. יהודו לזכר. Vulgata Latina: Et confitemini memoriae sanctae. Graec. ἠοι ἰξο. Hieron. Et confitemini memoriae sanctae eius. Vers. 12.

Dominus regnat, exultet terra. Dicit mox initio Psalmi, regnare Dominum: id est, superiores tulisse contra hostes nominis sui. Et quoniam ea res summi erat gaudij cunctis bonis, quibuscunq; locis hinc inde dispersis, non solum terrae Israelis, sed & multis vicinis insulis ac regionibus acclamat, vt exultent ac latentur, dicens: Exultet terra, latentur insulae multae. Vers. 1.

Nubes & caligo. Versibus 2, 3, 4, 5, & 6. videtur Propheta innuere, declarasse Deum potentiam suam contra hostes insigni aliqua, ac tali tempestate, qua exercitus illorum vel attriuerit, vel perterritos in fugam verterit, Israeliq; caedendos dederit. Tale quid 2. Sam. cap. 5. factum legimus. Cum enim Dominum interrogasset Dauid, num daturus esset Philistijm in manus suas, respofum accepit hisce verbis: Non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum & venies ad eos ex aduerso pyrorum. Et cum audieris sonitum strepitus gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prelium. Quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat castra Philistijm. Describit itaque Propheta tempestatem caeli, contra impios exortam, datq; illi caliginosam nubem, quam circa Dominum fuisse dicit: & hanc interpretatur fuisse symbolum iustitiae & iudicij eius, quib. poenas de impijs sumperit: quod significat, cum dicit: Iustitia & iudicium habitatio sedis eius: vel thronum eius, quo videlicet sederit ac venerit ad iudicandum impios. Vers. 2.

Ignis ante ipsum praecessit. Intelligit de fulminibus, quae alijs locis vocat carbones ignis. His dicit percussos fuisse circumquaq; inimicos Dei. Vers. 3.

Illuxerunt fulgura eius Orbi. Non simpliciter illuxerunt fulgura: sed, Illuxerunt fulgura eius: exponens fulgura tempestatum, esse Dei irascentis fulgura, quasi iram quis micantibus & ardētibus oculis ostēdat. Nec simpliciter dicit, Illuxerunt: sed addit, Orbi: dicitq; terram vidisse & expauisse: vt immensam illam irascentis Dei vim & potentiam, quae totam circumquaq; terram & regionem illarum orbem perterrefecerit, velut ob oculos exponat. Vers. 4.

Montes sicut cera diffluxerunt a facie Domini. Haud illibenter assentior illis, qui hoc loco per montes potentissimos illos principes, & regna aduersaria intelligunt. Hoc sensu dicit, duces illos vna cum exercitibus suis instar cerae a facie irati Dei, desuper horribiliter innotatis, iramq; suam fulguribus significantis, & fulminibus contra ipsos saeuientis, liquefactos fuisse ac consternatos. Quod si quis hyperbolen esse putat, qua significetur tantam fuisse vim tempestatum illius, vt non modo terram Vers. 5.

Rr 4 perterre.

Vertical text in the left margin, partially cut off, containing commentary and references to other parts of the text.